



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

21 Nulla à principio plura, quae ex post non convalidantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

ex supradeductis, & verificare omnia alia per ipsum narrata, ut si narravit, quod cōfentiens pensioni per plures annos beneficium possedit, quodque fructus beneficium ascendunt ad summam tot ducatorū, 21 quod ipse sit clericus, cæteraque omnia narrata. Abb. in cap. fin. n. 8. de presumpt. Rom. decis. 9. circ. med. de prob. in nov. decis. 6. n. 6. de praben. in antiquior. & Felin. in c. ad aures, n. 4. vers. tertia conclusio, de rescript. quia non existentibus veris narratis, gratia redditur subrepticia, & nulla. Innoc. inc. cum dilecti n. 3. de rescript. Ab. in c. postulasti, n. 1. eod. tit. & in cap. cum nostris, n. 11. de concess. prab. Rom. cons. 327. in fin. & Felin. inc. significante, n. 3. eod. tit. de rescript. tenetur præterea probare, se esse clericum, exhibendo privilegium clericale, cap. legum, 2. q. 1. Rebuf. pract. benef. de form. lit. cons. num. 22, p. 1. & Gig. de pens. quest. 22. num. 8.

18 Nec suffragaretur clericatus ꝑ collatus post reservationem pensionis, quia tempus datæ est attendendum, cap. eam te, & 22 ibi Felin. num. 18. de rescript. clem. fin. eod. tit. & gloss. in cap. statutum, in verb. canonicus, circ. fin. eod. tit. in 6. cum: habilitas superveniens nihil operetur, cap. si eo tempore, eod. tit. in 6. cap. non firmatur, de reg. jur. eod. lib. & l. quod ab initio ff. eod.

Hinc est, quod minor ætatis requiritur in beneficio impetrato, licet ꝑ postea efficiatur major, cum n tempore datæ esset minor, non valet impetratio. d. cap. si eo tempore, de rescript. & pariter si non erat clericus, licet postea promoveatur, collatio non tenet, quia beneficia laicis non conferuntur. c. cum aded, de rescript. gloss. fin. in c. 2. de instit. & Felin. in d. cap. cum aded, qui plura cumulat. de rescr. ꝑ Ea est

enim ratio, quia laicus non est capax iuris spiritualis. cap. sacrosanct. a. 3. attendentes. de elect. & cap. causam. cum gloss. in verb. detinere, de prescript. sequitur etiam, quod ꝑ liberi hominis stipulatio non valet, licet postea servus efficiatur, vel rei sacræ, licet fiat postea profana, l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. & testamentum furiosi, vel impub. cum non valeat, licet postea furiosus efficiatur sanæ mentis, & impubes efficiatur pubes, non convalidatur. §. præterea. instit. qui non est perm. face. restam. & c. sicut tenor, & ibi gloss. in ver. extra mentem. de regular. præterea impetratio iudicis, & constitutio procuratoris excommunicati, quæ fuerunt nulla à principio, non convalidantur, licet postea sequatur absolutio. gloss. in cap. statutum. in verb. canonicis, de rescript. in 6. & Dec. in cap. post sessionem. n. 55. & 56. de probat.

Reservatur tamen quandoq; pensiones etiam personis, quæ carent privilegio clericali, ꝑ præsertim militibus Ordinis Sancti Joannis Hierosolymitani, S. Lazarari, & aliorum ordinum, de quibus suo loco dicitur; & etiam non militibus, quibus beneficia quoque conferri possunt cum assertione, quod sit scholaris, & clausula, cupiēs militiæ clericali adscribi. Felyn. in d. c. fin. in princ. de presumpt. Ex privilegio Apostolico reservantur quoque laicis conjugatis cum facultate, etiam transferendi, ut, quo ad reservationem pensionum, & fructuū, concessit Leo X. collegio militum S. Petri de Urbo, ut in Bull: Rom. constit. 36. sicut prudens, quæ una cum omnibus aliis concessis Pius V. revocavit, const. 71. sacrosanctū. circa principum, & nihilominus Sixtus V. postea colla-